

Die I. Solemnium Precum, (13 Junij)

## CONCIO I.

*Parasc.* Verba *Psal.* 147. v. 12. 13. 14. verè nobis applicamus, *did.* hinc meritò psallimus ex *Psal.* 96. v. 1. 2. 3. & insuper oramus ex *Psal.* 102. v. 2. appl. ad Diem & Textum.

Textus, *Psal.* 138. v. 1. 2. 3. 4. 5.

*Exord.* *Psal.* 95. v. 1. 2. 3. 6. 7. ex hoc psalmo, ut & Diplomate Regio excitamur ad laudes Domino dicendas pro beneficiis acceptis, & ad preces fundendas pro avertendis poenis & periculis. Hanc ob causam & hic textus selectus est, in quo (usitatâ methodo) notamus I. *Expl.*  
II. *Applic.*

In I. observ. quod exciret David & se & omnes homines (a) ad *Laudes* v. 1. *igah tacfar tighl confitebor tibi ex toto corde*: frequens fuit psaltes in laudibus Deo dandis, ut patet ex omnibus ejus Psalmis & *Pf.* 9. v. 2. hisce iisdem utitur verbis, *affallo Hierta ex toto corde*, h. e. non obiter, verbis in ore labiisque nascentibus, sed *ex corde meo*, eoque non diviso, sed integro & *toto*, ex totis cordis mei viribus, corde vero, pleno, sincero: hoc modo certè vult Deus diligi: *Luc.* 10. v. 27. ita & laudari, *Esa.* 29. v. 13. in sôr *Gudarna- Coram Djs- Elobim* in S. S. tribuitur (1) Deo vero, qui Trinus est in Personis, Pater, Filius, & Sp. S. *Gen.* 1. v. 1. (2) *Angelis*, *Pf.* 136. v. 2. idque cum ratione Fortitudinis, Dignitatis & Eminentia, cum ratione ministerii, siquidem eorum operâ utitur Deus in iudiciis suis exercendis & exequendis. 2. *Reg.* 19. v. 35. (3) *Magistratui*, *Job.* 10. 34. 35. quia iudicium Dei administrat, *Sap.* 6. v. 4. & Deus ipsis in iudiciis adest, 2. *Chron.* 19. v. 6. (4) *Idolis*, *Exod.* 23. v. 24. *Esa.* 36. v. 18. cum & illa pro Diis à fanaticis colantur, *Psal.* 15. v. 4. 5. 6. 7. 8. Promittit ergo David h. l. se cantaturum Domino, non tantum coram Angelis, quippe qui congregationibus piis & Ecclesiasticis inter sunt, 1. *Cor.* 11. v. 10. *Conf.* *Dan.* 3. v. 1. Sed & coram magistratibus, quos hoc Psalmo erudire vult, cui nimirum acceptum ferre debeant, quod ita exaltati sint, nempè Deo

Altissimo, quem propterea toto corde confitebuntur, ejusque laudem pro virili promovebunt, *Conf. v. 4. 5. & Psal. 119. v. 46. Dan. 2. v. 20. 21.*

(β) *Ad preces, vers. 2. Jagh wil tilbida.* Text. orig. *incurvabo me.* In vero Dei Cultu laudes & preces sunt conjungende, 2. *Theff. 5. v. 16. 17. 18.* quod minimè neglexit David in suo Psalterio. *emoost titt helga Tempel/ ad Templum sanctitatis (Sanctum,) h. e. Tabernaculum, (cum Templum à Salomone primùm sit ædificatum,) in quo arca foederis reposita fuit, ex qua exaudivit Deus orantes, Exod. 25. v. 17- 22. quam ob causam eò versus converti oportuit orantes, etiamsi procul alicubi abessent, Dan. 6. v. 10. Conf. Psal. 28. v. 2. och tacka tino Nampnel/ quid per Nomen Dei intelligatur, vid. Qq. Catech. Orat. Dom. Pet. 1. För titt Gødheet och Trooheet/hæ sunt duæ viæ, quibus (dicente Augustino) ad nos venit Altissimus: Omnia enim bona nobis promittit in verbo, quia misericors, Mich. 7. v. 18. Syr. 2. v. 11. 12. 13. & servat promissa fidelissimè, quia verax, Num. 23. v. 19. Psal. 33. v. 4.* Apud homines parum clementiæ & veritatis reperire est, soli autem Deo, cum hæc in excellenti gradu competant, ideo nomen ejus laudandum & celebrandum, *Psal. 117. v. 1. 2.* hinc subnectit Psaltes: *Tu hafiver giordt titt Nampn hårtligt öfver all ting/ magnificasti super omnia. genom titt Ord/ h. e. promissionibus tuis & miraculis: Heic præter exempla Patriarcharum, leg. illud Exod. 14. v. 13. & Conf. cum Cap. 15. v. 1. seqq.*

*Vers. 3. När jagh åfallar- (in die clamare me,) quando cunq; clama- vero. Clamor in S. Script. sæpè pro seriis precibus usurpatur, sive voce sive gemitu ad Deum fundantur, Exod. 14. v. 15. & 22. v. 23. Giff mina Gidl- Corroboram animam meam, vel multiplica in anima mea virtutem tuam; Notandum est quod de corpore, licet sæpè sub cruce & tentationibus atteratur, non sit sollicitus David, sed de anima; Conf. Psal. 59. v. 4. & 69. v. 2. & 116. v. 7. 8. utinam & nos idem faceremus.*

(γ) Excitat imprimis Reges. *vers. 4. alla Konungar/ sc. vicini & Davidi faventes, prout Himm, 2. Sam. 5. v. 11. Thoi, 2. Sam. 8. v. 9. 10. Sc. atque successores ejus, quibus innotuerunt beneficia Dei Davidi declarata, 1. Reg. 5. v. 5, & 6. v. 12. & 8. v. 15. 16. Sc. Conf. Psal. 102. v. 16. 23. Nec non omnes Reges N. T. Doctrinam Christi amplexuri, & Deum in promissionibus verum celebraturi, Psal. 2. v. 10. seq. Conf. Psal. 24. v. 7. seq. & 72. v. 10. 11. at the hõra tins Muns Ord- eloquia Oris tui, quod pro maximo beneficio reputat David, Psal. 147. v. 19. 20. Conf. Psal. 68. v. 30.*

*Vers. 5. och siunga/ ipsi quidem agnoscent, laudabunt & deprecabunt*

miseri

verax  
et san-  
ctus

239  
112  
cabunt Deum, *Psal. 148. v. 1. 11. & cultum divinum ita instituent (Esa. 49. v. 23. ut extollatur & magnificetur gloria Dei, at Hexrans Ahra stoor* *at/ ad exemplum Seraphim Esa. 6. v. 4. pã Hexrans Wãgom/ in iis sc. viis, quas ille hominibus monstrat, & quas ut terant ipse præcipit, leg. Psal. 15. v. 9. 10. & 119. v. 30. 33. 35. 37.*

II. *Applic. Doct.* (1) Solemnitati gratiarum actionis & precum dicti & dicati sunt hi dies, sint ergo nobis solemnes juxta Diploma Regium. Magno cum ovatu nuper in Regni sui hæreditarium Thronum collocari Regem nostrum clementissimum vidit astans & circumstans Ordinum Regni Chorus, nec minori cum gaudio jam cernimus & audimus piè ac devotè loquentem Regem in Diploma suo: quæ sint beneficia Dei erga Ecclesiam, erga Regem & Patriam copiosè exponit, quæ pericula imminere videntur, cum curâ indigitat: Nos gratos esse clementissimè jubet, devotè orare severissimè præcipit. *Did. ex Expl. vers. 1. (ex toto corde) & ex homiliis prioribus de grat. actione & precibus. Quemadmodum enim gravissimas calamitates, quibus vel jam premimur, vel quotidie premi timemus, nos adigunt ad orandum; ita & Beneficia Dei, quibus quotidie beamur, nos alliciant ad humilem gratiarum actionem: Singulariter autem hisce precum Solemnitatibus, fausta quævis precabimur Regi nostro clementissimo, idque ex 1. Reg. 1. v. 39. Jer. 29. v. 21. Dan. 6. v. 21. Conf. Bar. 1. v. 11. 12. 2. Tim. 1. v. 12. & aliis precatorum formulis: Cogitemus iterum iterumque moneo, in Regis Salute temporali, nostram quoque sitam esse,*

*(2) Ex vers. 1. in sör Gudarna- Cultus Dei publicus maximè ei placet; in omni quidem loco orare licet, imò decet & necesse est, 1. Tim. 2. v. 8. Conf. 2. Reg. 4. v. 33. Dan. 6. v. 10. (Matth. 6. v. 6. vult Christus nos cavere hypocrisin, vid. v. 5.) verum efficacissimè Deum & laudamus & oramus in & cum Ecclesia & pro Ecclesia, Psal. 26. v. 6. 7. 8. & 27. v. 4. & 34. v. 18. & 122. v. 1. 2. & 132. v. 7. Hebr. 10. v. 24. 25. Fiat Admonitio, ut non frigide peragantur laudes & preces in publicis sacris congressibus.*

*(3) Ex Vers. 2. tilbidia- incurvabo ad Templum S. vilis fuit Tabernaculi structura, lubens tamen in eo adfuit David, (quod patet ex dictis modò cit.) humiliterque sese gessit: adsimus & nos lubentes in S. nostris Templis, & quidem piis ac devotis gestibus. David se h. l. incurvavit: leg. de Salomone 2. Chron. 6. v. 12. 13. seq. De Daniele, Dan. 6. v. 10. De Petro, Luc. 5. v. 8. & ipso Christo, Dominò & Salvatore nostro, Matth. 26. v. 39. Talibus ergo gestibus nos decet humiliari ante faciem*

Dei, ut etiam externâ corporis modestiâ humilitatem contestemur, vagas cogitationes compescamus, & in proximo consimilem devotionem exuscitemus: Qui ita conveniunt, the äre the rätta Åfallare. de horum precibus leg. *Syr. 35. v. 21.*

(4) *Ex Vers. eod. titt Nattpn härligit- did. Doct. ex Expl. Textus; Verbum autem Dei unicum est medium, quo super omnia magnificatur Sanctum Dei Nomen.*

(5) *Ex Vers. 3. mine Siäl- Animæ suæ robur non exile sed magnum exoptat David: Cura ergo nostra præcipua sit Animæ, did. ex Gen. 19. v. 17. & Inprimis ex Matth. 16. v. 26. Hinc semper commendanda erit anima nostra in manus Domini, idque precibus quotidianis, præcipuè autem in agone, Psal. 31. v. 6. Luc. 23. v. 46. Conf. 1. Reg. 19. v. 5. Et maximè cavebimus nobis à diris & execrationibus, & à securitate, leg. Luc. 12. v. 19. 29. Qui autem totâ vitâ animam suam consecravit, vel Satanæ, vel rebus mundi, difficulter ille sperare potest eam in morte à Deo recipi.*

(6) *Ex Vers. 4. 5. alla Konungar- sapius David Laudem Deo debitam poscit à Regibus & Principibus, (leg. dicta in expl. vers. 4. & 5. citata) namque Regis ad exemplum totus componitur orbis, quod patet Exemplo Davidis, Salomonis, Josaphati, Hiscbie, Josie, & piorum Cæsarium in N. T. quid dicemus de devotione nostrorum Regum? qui tantâ curâ Religionem sartam tectam, ad hæc usque tempora conservarunt, & gliscentibus periculis hæcce precum Solemnia indicere nunquam neglexerunt: Et licet à multis vili æstimentur, imò profanentur dies hi, speramus tamen verè pios aliter esse animatos, ideoque eorum preces Deus certò respicit. Did. ex Jac. 5. v. 16. 17. 18. & claudatur, Adm. & Consolatione.*

## Diei I. CONCIO II.

Parasc. *Psal. 85. v. 10, 11. seq. conf. Prov. 16. v. 12. 13. & 25. v. 5. & appl. ad Textum.*

*Textus 2. Chron. 19. vers. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

*Exord. Ex 2. Chron. 9. v. 8. Expl. & Appl. ad Textum, quem non sine causa à S. R. Majestate selectum esse comperimus, ut sc. appareat pius & sollicitus Regis Animus in Regno benè administrando, & Not. in eo I. Explic. II. Appl.*

*In I; Occurrit (α) Occasio, v. 1, 2, 3. Conf. Cap. 18.\* & 1. Reg. 22.\* quod*

quod a. v. 2. dicatur Josaphatum rediisse *in pace*, id de corporis sanitate & miraculosa conservatione intelligendum est.

(β) In urbe Hierosolymorum *Habitatio*, v. 4. Alt så bleff - pius hiee Rex Josaphat, qui quintus fuit à Davide, 1. Reg. 14. v. ult. & 15. v. 8. 24. inconsulto Domino foedus feriens cum idololatrigo Rege Achabo, ubi reprehendebatur à Prôpheta Jehu, v. 2. & iterum ab eodem consolabatur, v. 3. non ulterius amicitiam coluit cum idololatrigo, sed mansit Hierosolymis, quoad habitationem, licet aliquando exiverit ad subditos suos, ut habent verba seqq.

(γ) Ad populum *Profectio*, vers. eod. Han drogh - peragravit enim totam Regionem ab uno termino ad alterum, och igent allade - h. e. non tantum opera Sacerdotum & Levitarum, (sicut prius, Cap. 17, v. 6. 7. 8. 9.) reduxit Regni sui incolas, ab idololatrigo ad verum Dei cultum, cui majores ejus David, Salomon & Assa vacarunt, sed & ipse Rex aliquid cooperatus est, atque ita scandalum, quod populo per conjunctionem cum Achabo Idololatriæ dedito dederat, sustulit.

(δ) Officialium *Constitutio* (A) Extra Hierosolymam, v. 5. och beståtte Domare - hi Judices habebantur inferiores, à quibus per appellationem vel supplicam (uti vocant) provocare licuit ad superius Judicium Hierosolymis, conf. v. 10. in några - juxta text: orig *in urbe & urbe*, h. e. in singulis urbibus, (an verò plures constituti sint judices in qualibet urbe, non liquet.)

Judicum *Instructio*, vers. 6. sade til Domarena / seer til / videte, probè considerare, hvadh i gðren / quid sitis facturi? quo officio functuri estis, & quæ partes officii vestri? Leg. & Conf. Sap: & v. 2. 3. Rom. 12. v. 11. Hæc instructio confirmatur & amplificatur. (1) *Judicii sublimitate*: J hållen icke Mennissio Doom / h. e. non vices hominis judicando sustinetis, sed ipsius Dei, & propterea vicarii Dei nuncupamini, Sap. 6. v. 5. Rom 13. v. 4. Conf. Psal. 82. v. 7. (2) *Præsentia Divina Majestate*, och han är medh eder i Domen / in negotio Judicij, h. e. in causis, quas judicaturi estis. Hoc autem additur ne existiment injusti Judices, Deum quicquam latere eorum quæ judicant, Luc. 18. v. 2. Hist. Sus. v. 42. 43. 44.

(3) *Exempli (Dei sc.) Sanctitate* vers. 7. theföre låter Hexrans Fruchtan - Pavor Jehova super vos, vobis insit, vel sit vobis implantatus & commendatus, tager eder vara och gðrer så / Textus orig: *observate*, (sc. justitiam & leges) & *facite* (judicium,) judicate secundum Leges. Deut. 16. v. 18. & 25. v. 1. ty når Hexran - dicitur enim & est justus Judex,

dex, *Psal.* 7. v. 12. & *145.* v. 17. *2. Tim.* 4. v. 8. eller anseende til Personer-  
*Deut.* 10. v. 17. *Job.* 34. v. 19. *Sap.* 6. v. 8. q. d. cum tam sublime, ma-  
jesticum & sanctum sit vestrum officium, ergo serid admonemini  
iudices, agite ut Dei vicarios decet, cavete vobis ab ἀδικία προσωπολη-  
ψία, δωροφαιία.

(B) Intra Hierosolymam, ubi observanda (1) *Judicum Constitutio*, *vers.* 8. och satte Josaphat- Hi autem iudices, nimirum Levitæ, Sacerdotes & familiarum Principes, (Personæ tam Ecclesiasticæ quam Politicæ,) superiores habebantur iudices, & *judicium atq; causam Dei judicabant*, öfver Hexrans Doom. h. e. omnes causas difficiles tam Ecclesiasticas quam Politicas, *conf.* v. 10. och the bodde i Jerusalem / Text. orig. *reversi sunt Hierosolymam*, h. e. legitimè vocabantur ex locis, ubi prius habitabant, ut arduo huic muneri præficerentur, & Hierosolymis degerent.

(2) Ad *Judices Exhortatio*, *vers.* 9. och bödh- görer alt så i Hexrans fruchtan/ de timore Domini, *leg.* *Exod.* 20. v. 20. *Syr.* 1. v. 16. 17. & 25. v. 15. 16. 17. *Conf. Prov.* 8. v. 13. medh troof/ fideliter, och rättö Hiertal/ corde perfecto, h. e. sincero & non à Deo alieno, hypocritico: de quâ sinceritate *leg.* *2. Cor.* 1. v. 12. & *2. v.* 17. *Phil.* 1. v. 10. Sunt autem hæ virtutes *Judici* apprimè necessariae, nimirum *Timor Domini* & *Cor sincerum*.

*Vers.* 10. vishi alla the saker- Bröder / *omnem causam judicabitis quæ venerit*- si sc. fratres vestri in aliis urbibus provocaverint ad vos *Judices Hierosolymitanos*, jura eis redderis, emällan Blodh och Blodh/ cum sc. fuerit controversia de ratione cædis, fuerit ne illa voluntaria, an v. fortuita, *Deut.* 17. v. 8. emällan lagh och Budh/ Seder och rätter/ *inter Legem & Præceptum, Ceremonias & Judicia*, h. e. si quæstio oria- tur de legibus & statutis Dei, quis sit legitimus sensus, quinam contra quamlibet legem excessus, & quomodo illi essent expiandi. at the icke förbryta- *ne delinquant contra Jehovam*, ideo enim docetur & explicatur *Lex*, ut caveant homines à peccatis, *Deut.* 5. v. 27. och en wreede- quia *Deus fortis Zelotes*, *Exod.* 20. v. 5. *Deut.* 4. v. 24. öfver eder och edra Bröder/ qui enim fideliter delicta non prohibet, cum prohibere possit ac debeat, unà cum iis qui peccant, punietur, *Ezech.* 3. v. 17. 18. & 33. v. 7. 8. görer alt så- *sic facietis & non delinquetis*: namque grave est peccatum, sedulo non fungi officio, à Deo sibi demandato, *Jer.* 48. v. 10.

II. *Appl. Doct.* (1) *ex vers.* 4. pii Magistratus prima cura erit veræ religionis & cultus divini exercitium, idque (a) ex Divino Mandato,

*Deut.*

Deut. 17. v. 18. Jos. 1. v. 7. 8. (b) Sanctorum Exemplo, leg. Jos. 24. v. 14. 15. 16. 17. 18. 1. Reg. 6. v. 1. seqq. & 8.\* 2. Reg. 23.\* 2. Chron. 17. v. 6. Hac autem cura cum sit Regi nostro Clementissimo primaria, est quod gaudeamus & oremus ex 1. Tim. 2. v. 1. 2. aliisque precationum formulis.

(2) Ex vers. 5. Hanc bestatle Domare- proxima cura pii Magistratus est Judiciorum constitutio & instructio, siquidem *justitia & pietas fortes sunt principis arces*, did. ex Deut. 16. v. 19. Psal. 82. v. 4. 5. &c. fiat applicatio ad Regem nostrum Clementissimum.

(3) Ex vers. 6. ser. til- quilibet qui officio aliquo fungitur, sit in eo sedulus, Eccl. 9. v. 10. Rom. 12. v. 11. ut effugiant illud Jer. 48. v. 10. præferim a. notent cordati judices, quam sublime & quam sanctum sit eorum officium, did. ex expl. textus, & add. Syr. 18. v. 14.

(4) Ex vers. 7. discimus quæ sint præcipua Requisite æquissimi judicis, Conf. Exod. 18. v. 21. & did. S: *Scripturæ dictis, quæ superius in Expl. textus v. 7. & 9. citantur*: item *Exemplis*. Nec putandum est, hæc à solis judicibus requiri, sed etiam ab omni Christiano, ut sc. vitam instituat in timore Domini, & caveat sibi ab injustitiâ, &c.

(5) Ex vers. 8. 9. 10. notamus, quod graves causæ graves viros- (judices) eosque plures requirant, qui causas Jehovæ (ubi Nomen Dei, & Gloria ejus blasphematur, &c.) & oppressorum hominum, scrutari sciant ac dijudicare, vid. Exeg.

(6) Ex Vers. ijsd. observamus veterem esse legem atque laudabilem, re ita exigente, à judice inferiore ad superiorem provocare, & tandem, si bona causa in his terris non triumphet, ad omnium judicem ac vindicem, Deum ter opt. max. Exod. 22. v. 22. 23. qui & *καρδιογνώστης* est, Psal. 7. v. 10. Act. 1. v. 24. & 15. v. 8. & *ἀπορωπολήτης*, Matt. 22. v. 16. 1. Pet. 1. v. 17. add. dict. cit. in Expl. text. v. 6.

## Die II. CONCIO I. (Die II. Julij.)

Paraf. Esa. 1. v. 2. 3. 4. hanc querelam q. reiterat Propheta in Textu prælegendo.

Textus, Esa. 30. v. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *Attentiore nota legem*

Exord. Jer. 6. v. 10. add. ex cap. 18. v. 18. & 44. v. 16. 17. appl. ad

Textum, in quo Not. I. Expl. II. Appl. *Notæ ex scriptura non Luz 9*

I. In Textus Expl. observetur (α) à Deo demandata scriptio. Sunt ferè omnium Prophetarum Conciones mixtæ. *Comminatoria* nimirum & *Consolatoria*, alternis vicibus; Ita enim impij Judæi erant incre-

incredendi, ne desperarent pii; & ita pii erigendi, ne impii, illis consolationibus & promissionibus ad securitatem abuterentur: ideo utrumque agit Propheta in hoc capite, reprehendit enim judæorum confidentiam in Rege Ægyptiaco, & obstinaciam adversus Dei prophetas, *av. 1. ad 17.* postea v. consolatur pios ac pœnitentes contra impendentia mala, *à v. 18. ad fin.* ut autem eò magis ac citius eos revocet à peccati viâ, minatur eis in hoc textu subitanæam ruinam, & quidem *primò* mandando ea in libro scribi, *vers. 8.* så gack nu och skriff thetta- ingrede-re (ad eos) & scribe ipsam (prophetiam) in tabulâ apud eos, h. e. iplis videntibus artificiose delinea ac depinge enormitatem peccatorum illorum, & imminentem pœnam, (an literis vel aliis figuris sive signis id factum sit, ex textu non liquet) och tefna thet i en Boof! in libro scribe vel insculpe; de tali scribendi mandato leg. *Exod. 17. v. 14, & 34. v. 27. Deut. 6. v. 9. Jer. 30. v. 2.* at the må blifva ewinnerliga! ut sc. ad seram posteritatem extet, quàm fideliter & paternè egerit Deus cum populo isto, per prophetas illum de voluntate suâ diligentissimè monendo, & quanta fuerit tamen populi istius nefaria contumacia adversus salutaria monentem Deum, *conf. Deut. 31. v. 19.* (ubi canticum nominatur, & threni intelliguntur.)

scribendi  
: 1434:2  
8:9

(B) Severa *Reprehensio vers. 9.* thetta är ett ohörsampt Folck! *populus rebellionis* (rebellis,) idem dicitur de patribus ipsorum, *Deut. 9. v. 24. conf. Esa. 65. v. 2. Ad. 7. v. 31.* acris erat prior hæc increpatio, & horribilis titulus, sed additur adhuc alter non mitior, och lögnachtigh Wårn/h. e. in quibus nihil sinceri, aut quidquam fidei, degeneres in religione & vita reliqua, qui mendaciis pseudoprophetarum delectantur, juxta illud *Esa. 1. v. 4.* dicuntur *skadestigh Wårn!* vâ filiis corruptoribus, qui seipfos & posteros corruperunt, instar morbi contagiosi. O quàm svavia sunt nomina quæ in S. Script. piis tribuit Spiritus Sanctus (dicuntur enim *populus Dei, populus sanctus, genus iustorum, genus electum, benedicti Domini, vocati sancti, cives, heredes, &c.* Hæc verò nomina, contumacibus data, ô quam horribilia sunt: & reverà tales æstimantur in mente Divinâ, quales hisce nominibus & titulis noñantur. *Alle som Hexrans lagh icke hõra wilsa!* repet. dict. in exord. citata.

5.  
prou

(γ) Verbi Divini *Neglectio vers. 10.* til Sijaren: quid autem sint Sijare! expl. 1. *Sam. 9. v. 9.* i skolen intet see! h. e. si quid vobis revelatum fuerit à Deo, minimè id nobis prædiceris, cum sit ingratum. *Skodarna-skoda,* eadem sententia repetitur aliis verbis. *did. ex 1. Reg. 22. v. 8. 12.*

isangi

seqq. prediker of kistiga/ quomodo sc. vivamus ad genium nostrum, pro-  
ut exprimitur ipsoz mens, *Prov. 1. v. 11. 12. 13. 14.* & cave quidquam  
objicias nobis de peccatis à nobis commissis, aut eorum pœnis, stoda  
of Bedrgerij/ blanditias & illusiones, sunt hæc ut & versiculi seq. ver-  
ba, non hominis alicujus verba, sed Spiritus Sancti, quibus mentem imp-  
iorum graphicè depingit, ut qui novit optimè secreta cordium did.  
ex *Ihren. 2. v. 14.*

*Vers. 11. wjter aff Wågen/ recedite à via* (hæc,) quam ingredi capi-  
stis, h. e. renunciate officio vestro Prophetico, quo hactenus perfun-  
cti estis, ofwergiswer ihenna Stingen/ idem sensus aliis verbis expressus,  
unde patet perversus & à Deo averfus eorum animus, dum pluribus  
verbis impiam prohibitionem colorent, sicut impium suum proposi-  
tum, *Prov. 1. v. 11. 12.* Låter Israels heliga återwånda når of/ *Hebr. Cessare*  
*facite à facie nostrâ sanctum Israhel.* Nolite semper apud nos crepare  
sanctum Israhel, qui has vel illas plagas nobis immissurus sit, (abhor-  
rebant enim quàm maximè à sacrosancto hoc Nomine;) O os impurû  
renuens audire Creatorem, Redemptorem & Sanctificatorem suum,  
*Sanctum in Israhel, Esa. 43. v. 12.*

(d) Subitanea Punitio, *vers. 12.* Israels helige/ h. e. Deus, Sanctus  
in Israhel, qui Sanctus est, (imò ipsa Sanctitas) tam *σωδωσ,* *Esa. 6. v. 3.*  
quàm *εργητικωσ,* namque ab ipso, per gratiam, sancti dicuntur Ange-  
li & beati homines, (*Luc. 9. v. 26. Ep. Jud. v. 14. 2. Cor. 13. v. ult.*) did. ex  
*Exod. 31. v. 13. Lev. 21. v. 8. 1. Cor. 1. v. 2.* J förtastien ihetta Ordet/ *sprevistis*  
*verbum hoc,* (abhorretis ab hoc verbo) nempè dissuasionem à foedere  
Ægyptiaco, *vers. 1. 2.* och förtrosten på Försmådare/ *Hebr. superastis in*  
*Calumniâ & oppressione,* & innixi estis ei, (calumniæ & oppressioni) did.  
ex *Jer. 20. v. 2. & 26. v. 11. & 37. v. 15. 16. 19.*

*Vers. 13. Så skal ihenna Misgerningen/ iniquitas hæc,* de qua su-  
perius dictum est, såsom en ressnaruptum cadentis (Muri) h. e. murus  
ruptus, vel pars muri minantis ruinam, på en hög Muur/ tā han begyn-  
ner rempnå/ *Hebr. tumentis in Muro excelso,* ubi enim tument fissura vel  
diducitur, tunc maximè imminet ruina, ut habent verba seq. hwilken  
hastigt omfull faller/ och förtrofas/ Hoc simili indigitatur, quod impia &  
rumida Judæorum consilia, à quibus dissuaderi nullo modo potuerunt  
ipsis ruinam essent allatura, verè ergo *Prov. 16. v. 18. add. Exempl. A-*  
*chabi, 1. Reg. 22. v. 3. seqq. & Ahas, 2. Chron. 28. v. 21. 22. 23. &c.*

II, *Appl. Doct.* (1) *Ex vers. 8.* Lex & Evangelium sunt conjun-

genda & auditoribus proponenda, vid. expl. Text. & did. ex primis  
verbis Concionantis Christi & Baptista, *Matth. 3. v. 2, & 4. v. 17.* ((NB.  
semper quidē moneo ut accommodent sese Dnn, Concionatores ad Au-  
ditores suos, hisce autem prec. diebus ut id fiat, præcipuē moneo, cū  
ut plurimū tunc frequentior sit cœtus)

(2) *Vers. eod.* Quod verbum Dei literis sit exaratum, summum  
est Dei beneficium, quo consulitur imbecillitati memoriæ & humanæ  
vitæ brevitati, & præcavetur custodientium infidelitas, atque hæreti-  
corum perversitas; Aliàs Verbi Dei dignitatem extollit David in plu-  
rimis suis Psalmis, præsertim *Psal. 119. did. ex Job. 12. v. 48. 49. 50. &*  
*2. Pet. 1. v. 19.*

(3) *Vers. 9.* Caveamus nobis serid ab inobedientia, grave equidem  
hæc est peccatum, dum contra superiores committitur; At longè gra-  
vissimum cum contra Deum, vid. *1. Sam. 15. v. 22. 23. did. ex Jer. 2. v. 19. 20.*  
*Zach. 7. v. 11. 12. Fiat appl. & adm. ex Num. 14. v. 41. item ab Exemplis,*  
*Adami, Gen. 3. v. 11. 17. seq. uxoris Lothi, C. 19. v. 17. 26. viri Dei, 1. Reg. 13.*  
*v. 21. seq. & 20. v. 36.*

(4) *Vers. 10. 11.* Prorsus nefanda sunt impiorum verba h. l. *conf.*  
*dicta cit. in exord. & adm.* sequitur enim certissima ruina *vid. vers. seq.*

(5) *Vers. 12. 13.* Deus qui verax est in promissionibus, est quoque  
verax in comminationibus, *did. ex Psal. 7. v. 12. 13. 14. & Exemplis,* primi  
Mundi, Sodomæ & Gomorrhæ, Pharaonis, Capt. Bab. eversionis Hie-  
rosolymæ, &c. *Adm. ex Psal. 95. v. 8. & loco parall. Hebr. 3. v. 7. -- 13.*  
*& 10. v. 31.*

## Diei II. CONCIO II.

Parasc. *Deut. 30. v. 16-20. & breviter, Prov. 3. v. 1-4. appl.*

Textus, *2. Chron. 34. v. 31. 32. 33.*

Exord. *Syr. 49. v. 1. 2. 3. 4.* (Josias dicitur q. *ignis Domini*, ob pi-  
um Zelum) Encomium à Syracide Josiæ datum comprobatur hicce Tex-  
tus, in quo Not. *I. Explic. II. Applic.*

In I. observ. (a) *Occasio*, quæ legi potest *ex Cap. 33.* ubi de ido-  
latriâ per Manasse & Ammon introductâ, & hoc *Cap. 34.* ab initio,  
ubi de reformatione per Josiam agitur, præsertim de libro Legis in tem-  
plo invento, *4 vers. 15.* qui liber toti populo est prælectus, *v. 30.* hinc seq.

(β) *Regis Obligatio, vers. 31.* *Die Königen giebt i sicut Num/*  
*stetit in solio suo, quod prope columnam erat. 2. Reg. 23. v. 3. h. e. in*  
*loco*

loco altiori, ut ab omnibus conspici posset. Och gjorde ett Förbund- sci-  
mus pepigisse Deum foedus cum Protoplastis, Syr. 17. v. 1-10. cum A-  
braham, Gen. 17. v. 3. cum Israelitis, Exod. 24. v. 27. Deut. 4. v. 13. did. ex  
Exod. 24. v. 3. 7. 8. &c. Sed hoc foedus sapius frerunt Israelitæ, Jer. 31.  
v. 32. Ose. 6. v. 7. & 8. v. 1. præcipuè enim tempore Jeroboami, Manassis  
& Ammon, id ergo renovat pius Josias, & quidem för Herianom/ cor-  
ram Jehovah; Ubique certè præsens est Deus, Psal. 139. v. 7. seq. Jer. 23. v.  
23. sed piis adest peculiari modo nempe gratiâ suâ; Matth. 28. v. ult. &  
hic quidem in foedere à Josia restaurato adeo gratiâ suâ adfuit Deus ut  
quasi pars altera paciscens introducatur, Ezech. 34. v. 31. -- wandra  
effter Herianom/ ambulare post Jehovah; quid autem hoc sit, patet ex seq.  
in hoc versiculo, quod præclaris aliis S. S. dictis explicatur, utpote  
Psal. 26. v. 3. & 119. v. 3. Prov. 19. v. 1. & 20. v. 7. Esa. 2. v. 5. Rom. 13. v. 13. Eph.  
4. v. 1. Col. 1. v. 10. Bodh/ Wimesbörd och Rätter/ Præcepta, Testimonia &  
Statuta, hæ voces frequentissimæ sunt in Psal. 119. quas pro Synony-  
mis ibid. usurpat Psaltes, quæ etiam alio nomine dicuntur *Vie & Se-  
mitæ Dei*, quas ut teramus nobis præcipit, Psal. 67. v. 3. & 119. v. 335. aff  
allo Hierta/ vid. Conc. 1. dici 1. ex Psal. 138. v. 1. all förbundsens Ord/ Expl.  
ex Jac. 2. v. 10. 11.

(γ) Populi Imitatio, vers. 32. och stodo ther- Hebr. stare fecit,  
hoc est, astrinxit foedere, quod suo & totius populi nomine inierat,  
Eos omnes obligavit, qui reperti sunt Hierosolymus & in tribu Benjamin,  
perque eos totum populum, hinc dicitur 2. Reg. 23. v. 3. at alt Folket  
trådde i Förbundet/ quod ulteriori gratiâ remunerat Deus, Psal. 103. v. 17.  
18. Conf. Psal. 25. v. 10. & licet aliquando videantur derelicti, Psal. 44.  
v. 18. 19. gratiâ tamen Dei non excidunt, Esa. 54. v. 8. 10.

(δ) Idololatriæ totalis Abrogatio, vers. 33. - Hoff bort all sing-  
gelse/ modus removendi has abominationes videatur, 2. Reg. 23. v. 4. -- 8-  
24. atque propterea celebrat Josias, Syr. 49. v. 3. han hade sicora nåde/  
at omvända Folket/ -- text. orig. κατενθύνθη εν εωςποση λα̅ς, totus (re-  
ctus) fuit in conversione populi. Conf. v. 1. hujus cap. Cæpit quidè pius Rex  
statim ab initio Regiminis sui opus reformationis, leg. v. 3. 8. verum  
inveterata opinio & consverudo (in religione præcipuè) ægerrimè evêl-  
litur ex animis simpliciorum, sed reperto libro Legis, & foedere jam  
lancito, felicitiùs & majore successu idolomaniam istâ abjecit populus.

(ε) Veri Cultus divini Restauratio, vers. eod. och skaffade/ at alle-  
juxta Hebr. Cægit omnes qui reperti sunt in Israel servire Domino

247/6  
Syr 17.  
Epo 34  
För Herianom/

Ez 34.

2 Reg 23  
Y 103  
mohus  
2 Reg 23

Deo suo, h, e. per regium edictum strenuè præcepit omnibus vero Dei cultui operam dare, de quo *leg. cap. 35.* præcipuè *v. 10. 16. 17. 18.* Confi- Encomium ei à Syracide datum *Cap. 49. v. 4.* Fides quidem non potest cogi, nec debet certè; verum seriis mandatis remissiores adigere ad loca illa, ubi prædicatur Verbum Dei, (per quod Spiritus Sanctus exci- rat fidem in cordibus seriò illud audientium, *Rom. 10. v. 14. 15.*) & licitum est & necessarium Deoque gratissimum, juxta illud, *2. Tim. 4. v. 2.* ideoque tot & tot in S. S. occurrunt seriæ Dei exhortationes ad auscul- tandum verbum Dei. Så länge Jofia leffde i weeko the intet- Hebr. *Non recesserunt à tergo Domini Dei Patrum suorum.* quod patet ex toto *Cap. 35.* Et propter hunc Zelum dicitur ille incomparabilis *2. Reg. 23. v. 25.* Verùm mortuo Josià, non tantum langvescebant Reges & populus u- niversus in vero Dei cultu, sed planè tandem ad priores abominations relapsi sunt, ut legere est *Cap. 36. v. 5. 9. 12. 13. 14.* & præsertim *v. 16.*

*II. Appl.* Non est dubium quin jubeat Rex noster Clementissimus hujus Textus indigitatione nos respicere tempora tam præterita quam præsentia; & præterita quidem ita, ut consideremus, quæ ante reformationem fuerit conditio Ecclesiæ in patriâ nostrâ, (*quæ disci potest ex Historiis:*) sub reformatione autem, ut ritè æstimemus bona per B. LUTHERUM ad nos, curâ invictissimi ac gloriosissimi Regis GUSTAVI I. translata. Denique post eandem reform. quæ facies Ecclesiæ sub eodem Rege & TRIBUS ejus FILIUS successivè ad regni gubernacula ascendentibus; quâ ultimâ periodo, licet inter incolas nonnullæ difficultates in religione gliscebant, ope tamen Divinâ illæ non molestissimè sopiebantur. Ad recentiora tempora si respiciamus, nimirum Gloriosiss. Regum GUSTAVI ADOLPHI, & CAROLI GUSTAVI, nec non Reginae CHRISTINÆ, quàm diu illa ad Clavum Reipubl. sedebat, quantus tùm fuerit defendendæ propagandæq; religionis Zelus, nemo est, qui non devoto animo recolat, (*did. ex piïssimis diplomatibus de religione sarta rectâ servandâ.*) Quid verò dicemus de Scholis? de Gymnasiis? de Academiis, maximis sumptibus vel restauratis, vel de novo fundatis? quid de Templis Magnificè extructis? Horum Trium Magnorum & piïssimæ recordationis Regum, (nempe *Gustavi I. Gustavi Adolphi, & Caroli Gustavi*) imagines & iconas altero die post adsumpta Regni Gubernacula, adspiciens Rex noster Clementissimus, non potuit non meminisse horum suorum Majorum virtutes regias, inter quas facilè primaria est cura veræ religionis, quàm autem de eâ sit sollicitus piïssi- mus

mus Rex noster, documento nobis sunt, cum diplomate textus hoc anno selecti. Vivat ergo Rex, vivat! ac defendat Ecclesiam, Patriam, Subditos! Tempus *Præsens* quod attinet, est quod Deo immortales agamus gratias, quod tantæ non sint in Patriâ nostrâ abominationes ac priscis temporibus; Verùm quæ sit acedia, torpor & fortè nausea in audiendo Verbo Dei, novit is qui scrutatur renes & corda. Quid dicam de securitate? de hypocrisi? de atheismo? Securi & athei conciones *verbales* flocci faciunt, nec desunt conciones *reales*, quas non majoris æstimant. Audiuntur enim extra patriam maximi bellorum apparatus, *did.* Est intra patriam multis in locis annonæ caritas, grassantur morbi, &c. & inter nos sunt homines gemebundi & desperabundi. sunt qui à Spiritu maligno infestantur; &c. sed quoruscumque quisque est, cui hæc sunt curæ? *did.* *Et fiat sermo dehort. ac adm. ad respicientiam, ex Amos 9. v. 10. Luc. 13. v. 1-5. & 19. v. 42. add. exempla: & concl. ex Syr. 5. v. 5-9.* *Non in hoc falax Omnia in Deo ista præcipua ad*

Die III. CONCIO I. (Die 8. Aug.)

*Parasc.* Amor Davidis erga Deum, & fiducia, liquidò constat ex verbis *Psal. 73. v. 25. 26. 28.* appl. ad text.

Textus, *Psal. 18. v. 1. 2. 3. 4.* *Idem est v. 2. 3. 4. 2. 3. 4.*

Exord. *Job. 21. v. 15. 16. 17.* ubi quærenti Christo ter respondit Petrus: *nostrum Domine quod diligam Te*, add. *Luc. 7. v. 47.* & appl. ad textum, in quo Not. I. Expl. II. Appl.

In 1. observ. (a) Psalmi *Titulus & Occasio*, Tituli in Psalterio non sine causa *claves Psalmorum* nuncupantur, cum non parum faciant ad genuinam eorum interpretationem, verè enim in proposito hoc psalmo titulus januam aperit ad eundem intelligendum. En *Psalm Davidi titulat f'resiunga*: namque David non tantùm ipse hunc Psalmum cum devotione cecinit, sed & præcentori sive Musicorum præfecto eundem, ut decantaretur, tradidit. *leg. Nebem. 12. v. 46.* *Davidi* David n. Spiritus Sancti instinctu, (*2. Sam. 23. v. 2. 2. Tim. 3. v. 16. 2. Pet. 1. v. ult.*) Psalmum hunc, (& ceteros) composuit, eumque S. S. Trinitati quasi dedicavit, cum in hoc titulo S. Dei Nomen *Jehovah* ter reperatur. *Gud; Tienares!* non Regem, non Prophetam, qualis reverà fuit, sed *Servum Dei* se nuncupat, quod signum humilitatis fuit, ad exemplum Abrahæ, *Gen. 18. v. 35.* qui aliàs amicus Dei dicitur, *2. Chron. 2. v. 7. Lothi, Cap. 19. v. 19.* quod imitati sunt Apostoli sancti illi Dei homines in

frontispicio suarum Epistolarum, & revera hic titulus, *Servum Dei esse*, omnibus aliis dignitatibus antecellit; Nam quantum quantum quis in mundanis evehatur, si Dei servus non fuerit, vilis est, imò nihil in conspectu Dei. *Swilken Henna Wifos Ord talades* ut jam dictum est, hoc saltem addo, quod hic Psalmus sit primus qui dictus est *Schijr*, h.e. *Canticum*. *pà then tijdh-* ipsa Historia legitur *2. Sam. 21. v. 15. seq. & a. 22.* ubi idem hoc Canticum de verbo ad verbum interitur.

(β) *Amor Deo debitus & ejus Contestatio, vers. 2.* *Hiertelliga fâr hafver iagh tigh/* vox Hebr. *Racham*, quâ hic usus est David, jucundissima est, & significat *mirè, mirificè atq; ex intimo viscerum affectu amare*, & respondet Græco *σπλαγχνισθέντι*, ex imis cordis visceribus miseriam alicujus tangi, *Marc. 8. v. 2.* undè suavissimè Deo tribuuntur *σπλάγχνα ἐλέεσ κγθ οἰκτιρῶν*; *Luc. 1. v. 78.* & *Reeben* uterus est, intelligitur ergo h. l. *amor tenerimus, quo mater infantem præfertim tenerum complectitur*, *Es. 49. v. 15.* nec immeritò David in hæc erumpit verba, quibus immensum suum erga Deum amorem contesta- tur: Namque in memoriam sibi revocat, quod ab ovibus vocatus, & Rex constitutus, à tot Gigantibus, & persecutore infensissimo Saule sit liberatus, idque non aliâ quam dextrâ Dei altissimi, *1. Sam. 17. v. 45. seq. & 19. v. 2.*, *Sam. 21. v. 15. seq. did. ex Psal. 20. v. 7.* Amavit utique David Con- jugem Michol, ut ejus gratiâ præsentissimo periculo sese exponeret, (*1. Sam. 18. v. 25. seqq.*) quare & ipsa Davidem redamavit, *1. Sam. 18. v. 20. 28. & 19. v. 11.* amavit quoque Jonathanum, *2. Sam. 1. v. 26.* sed Deum amo- re profecutus est longè majori, uti par erat, *Conf. Psal. 73. v. 25. 26. 28.*

(γ) Epithetorum Dei *Cumulus & Commendatio, vers. eod.*  
*HARKI* *Jehovah*, (a) *min Startheet/ fortitudo mea*; Fortes fuere hos- tes Davidis corporales (quod ejus historia docet,) fortiores & ejus & nostri hostes spirituales, *Eph. 6. v. 12. Conf. Luc. 11. v. 21.* verum fortior est Deus noster, *Psal. 24. v. 8. Luc. 11. v. 21. 1. Job. 4. v. 4. Conf. Psal. 28. v. 8. & v. 2.* (b) *min Klippa/ Petra mea*, Fundamentum immobile est Petra, *Luc. 6. v. 48. & Deus noster est nostra Petra, Psal. 31. v. 2. 3. 4. did. ex 27. v. 5. & 1. Cor. 10. v. 4.* (c) *min Borg/ arx mea*, arx est locus munitus, *2. Sam. 5. v. 7. 9.* & Deus est arx & turris fortissima, ad quam in angustia confugiendum, *leg. iterum Psal. 31. v. 3. 4. & 149. v. 2. & did. ex Prov. 18. v. 10.* (d) *min Fjortofare/ Liberator meus*, expl. ex. v. 48. & *Dan. 6. v. 27.* (e) *min Eldh/ Eli*: Nota: quando Deus pollicetur se fore Deum alicujus, tunc duo pollicetur, primò liberationem ab omni malo; deinde lar-

Notata

2 Sam 21

2 Sam 17

73

2 etna

3 Sam

notat

oficial. Videri Grotten, Min Tröst Min Bärunderlyg, Min Borg, Mit beförtröm mig migu Grottan, Min Röd på min ragg Frotter

149  
Kini  
20

igitio-

gitionem omnium bonorum, quæcunque nos & in hac & in futurâ  
vitâ beatos reddere possunt, *leg. Gen. 17. v. 7. 8. Esa. 41. v. 10. & 43. v.*  
*3.* quia ab eo omne donum bonum- *Jac. 1. v. 17.* Et hoc voluerunt  
Sancti ostendere his verbis, tanquam solenni formâ plena fiducia: *De-*  
*us noster, Deus meus.* Sic in hoc *Psalmo v. 32. & Psal. 22. v. 2. & 30. v. 3. 13.*  
*& 25. v. 23. &c.* (f) *min Eröst / Hebr. rupes mea, rupes & petra* in S. S.  
accipitur pro arce munitâ, quæ plerumque super Petram ædificari solet,  
*Psal. 40. v. 3. Jer. 51. v. 25.* item pro auxilio Dei, h. l. *& v. 47. add. Ps.*  
*42. v. 10. ther iagh migh widh häller / Hebr. spembo in eum, Conf. Ps. 31. v. 20.*  
(g) *Vers. 3. Min Sköld / Clypeus meus, fuit autem clypeus genus armo-*  
rum, quod manu sinistra tenebatur, eoq; ictus hostiles excipiebantur: re-  
verâ Deus est, qui suâ defensione omnes, etiam impetuosissimos hostiû  
ictus profligare novit, suosq; tueri, *Deut. 33. v. ult. Psal. 3. v. 3. & 7. v. 11.*  
*& 35. v. 1. 2.* (h) *min saligheq Horn / Cornu salutis mea, animalia cornuta*  
cornibus sese defendunt, hinc cornû in S. S. robur & potentiam hostes  
profligandi & victoriam obtinendi notat. *Psal. 112. v. 9. Luc. 1. v. 69.*  
(i) *mitt Vestydd / protectio mea, Hebr. elevatio, h. e. asylum eleva-*  
tum & inexpugnabile, quale est ipse Deus, *Psal. 91. v. 1. seq. & 125. v. 5.*  
Hisce variis & selectis Epithetis, clarè docet Psaltes, quantâ fiduciâ, fide  
ac spe Deo adhæserit, unde se ulterius excitat ad laudes & preces, *v. seq.*

(d) *Jehovæ Laus, & Psaltis Oratio vers. 4. Jagh wil loswa och*  
*tacta Hexran / Hebr. laudatum invocabo, h. e. si adversarii & hostes*  
post hac non emanferint, (cum nunquam bella pÿs, nunquam certami-  
na desint) confugio iterum ad Deum, *fortitudinem meam, Petram me-*  
*am, arcem meam, liberatorem meum, &c.* qui meritò laudatus & celebris  
est, & in omni necessitate à sanctis invocatus est, & celebris ob benefi-  
cia in eos collata, *did. ex Syr. 2. v. 11. 12. 13.* imprimis autem obversaba-  
tur Davidi nupera & miraculosa ab hostibus liberatio proptereâ addit:  
*så warder iagh- valdè piè & ex plenitudine fiducia loquitur, se non tan-*  
tum velle Deum adorare, sed promittit sibi etiam quod Deum exomre  
possit, *sic vers. 7. 30. did. ex Psal. 50. v. 15. add. exempla.*

II. Appl. Doct. (1) *Ex Titulo, David liberatus de manu omnium*  
*inimicorum suorum, hoc & aliis canticis Deum celebravit, & nos præ-*  
*teritorum temporum memores, quibus canticis Deum honoremus?*  
qui tot inimicos nostros debellavit, *did.*

(2) *Ex vers. 2. diligamus ergo Deum liberatorem nostrum ex toto*  
*corde, & in omni vitâ ac opere vid. sup. & juxta, illud vulgare, si quis*  
*amer, redames, ut ameris amabilis esto. ô quantus Dei est amor erga*

*Dei amor quantus*

*118*  
*23 min*  
*Cornu*  
*112 gan*  
*Protect*  
*125*  
*He jolla*  
*Deut 32*  
*am dypa*  
*na dypa*  
*af ha gam*  
*proga tim*  
*finn*

nos! quis enarrabit? cernitur in Creatione, Redemptione, & Sanctificatione, *did. ex expl. Symb. Apost. & Deut. 33. v. 2.* *huru für-* item ex Jer. 32. v. 40. 41. Sap. 11. v. 24. Rom. 5. v. 8. Eph. 3. v. 19. *nonne nos* reciproce Deum amemus? *expl. ex Luc. 10. v. 27. 1. Joh. 4. v. 9. 19. 20. 21. & Nor. illud: 1. Cor. 16. v. 22.* Hoc licet difficulter fiat, cum totum Cor sit infirmatum, *Esai. 1. v. 5. anima ad terram sit depressa, Psal. 44. v. 26. legi mentis nostrae adverteretur lex membrorum, Rom. 7. v. 23. omnes vires ad bonum operandum ineptae sint, siquidem in peccatis mortui sumus, Eph. 2. v. 1. did. ex Matth. 19. v. 18. -- 25. Joh. 14. v. 26. ope ramentum Spiritus Sancti, verâ fide certè non pauca præstare possumus, modo velimus, Rom. 8. v. 13. 14. 15. conf. Matth. 19. v. 26. Eph. 2. v. 4. seqq. fiat adm. ex Luc. 11. v. 9. Eph. 2. v. 10.*

(3) *Ex vers. 2. 3. 4. & Confusio Davidis Deum tot Epithetis honorantis, nos exuscitet ad laudes, ad preces, & veram fiduciam in omni anxietate, did. ex textus expl.*

### Diei III. CONCIO II.

Parasc. Deut. 4 v. 7. 8. 9. 10. Conf. c. 6. v. 12. 13. 14. 15. appl:

Textus, Deut. 8. v. 11. -- 20.

Exord. Deut. 11. v. 13. -- 18. did. ex anteced. & conseq. præcipue v. 26. 27. 28. & appl. ad text. in quo Nor. I. Expl. II. Adpl.

In 1. observetur (a) *Occasio*, Deus per Moysen in hoc lib. V. revocat populo in memoriam beneficia ei collata: reiterat legem, (undè Deuteronomium dicitur,) & promissionibus ac minis eos in terrâ promissâ ad sui cultum obligare conatur. In hoc a. c. 8. Moyses (1) *Adhortatur* populum, (a) ad *observationem* mandatorum Divinorum, v. 1. (quod repetit v. 6.) propter beneficia tam exhibenda, v. 1. 7. 8. 9. quam exhibita v. 2. 3. 4. 5. (b) ad gratiarum *actionem*, v. 10. (2) *Dehortatur* in Textu prælecto, ergo observ. (β) *Dehortatio*, (1) ab *Oblivione*, & quidem (a) *mandatorum* Dei, (sc. in futurâ *abundantiâ*) in terra Canaan, v. 11. 12. 13. (b) *beneficiorum* (sc. in illorum, ut sapius conquesti sunt, *penuriâ*) in eremo, v. 14. 15. 16. (2) à *Confidentiâ & elatione*, v. 17. (γ) *Benignitatis Dei Recordatio*, v. 18. (δ) *Comminatio*, v. 19: 20.

Textus est clarus, & cum multis superiorum annorum textibus penitentialibus convenit ergo propter angustiam temporis & pagellæ præter dispositionem hic nihil addo.

Tertius Textus semper præteritur, cum in nulla Ecclesia huius Dioeceseos, excepta hac Aboensi, proponatur. Doctrinas heic saltem indigitatas pro re nata & Ecclesiæ sibi condictæ conditione, vita & moribus noverint Dni. Concionatores diducere ac variare,